





1773, 2
19

SPECIMEN INAVGVRALE IVRIDICVM
CONTINENS

OBSERVATIONES NONNVLLAS

DE

PRAESCRPTIONE

ET PRAESERTIM

DE DISCEPTATIONE FORENSI

IN CAMERA S. R. I. SEMEL COEPTA

PRAESCRPTIONI NON OBNOXIA

QVOD

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

IN ACADEMIA ALTORFINA

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMSIQVE IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS

D. XV APRIL. A. R. S. c15 15 CCLXXIII

EXHIBVIT

EBERHARDVS IODOCVS KOENIG

DE KOENIGSTHAL

REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS CONSILIARIVS.

ALTORFII

TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELI ACADEM. TYPOGR.



SPECIMEN INAVGARAE IVIDICVM
CONTINENS

OBSERVATIONES NONNULLAS

DE
PRAESCRPTIONE

ET PRAESERTIM

DE DISCEPTATIONE FORENSI

IN CAMERA S. R. I. SEMEL COEPTA

PRAESCRPTIONI NON QUONIAM

g. v. d. d.

M. G. N. I. F. I. C. T. O. R. U. M. O. R. D. I. N. I. S.

A. V. G. O. R. A. T. E

IN ACADEMIA ALTORENSI

PRO GRADU DOCTORIS

EVANGELICAE THEOLOGICAE HONORARIIS

ALTISSIMAE CONSISTORII

GR. A. A. S. R. I. S. A. L. I. S. C. I. T. I. N. I. S.

EXHIBIT

F. R. E. D. E. R. I. C. H. A. L. D. V. S. M. D. O. C. T. O. R. I. S. R. O. I. N. I. S.

DE R. O. E. N. I. S. T. A. L. I. A.

REPUBLICAE HONORARIIS CONSISTORII

ALTISSIMAE

ALTISSIMAE ACADEMIAE ALTORENSI

158



SACRI ROMANI IMPERII
LIBERAE ET INCLYTAE REIPUBLICAE
NORIMBERGENSIS

SENATVI SPLENDIDISSIMO

VIRIS

PERILLVSTRIBVS GENEROSISSIMIS

DOMINIS DOMINIS

D V V M VIRIS

TRIVM VIRIS

SEPTENVIRIS

CONSVLIBVS

RELIQVISQVE

SENATORIBVS

PATRIBVS PATRIAE

OMNI VENERATIONIS CVLTV AETERNE

COLENDIS

VOBIS
O PATRONI ET EVERGETAE
VENERANDI

VOBIS
QVI PARENTEM QVI ME QVI OMNIA MEA
VOVISTIS PROMOVISTIS
SERVATIS PROTEGITIS

CVM VOTO
OMNIGENAE PROSPERITATIS LONGISSIMAEQVE
VITAE

QVALESCVNQVE HASCE PAGELLAS
EX SVBMISSA ET DEVOTISSIMA MENTE
D. D. D.

TANTORVM TAMQVE PERILLVSTRIVM
NOMINVM

OBSEQVIOSISSIMVS CVLTOR
AVCTOR.




CONSPECTVS.

Caput I. De praescriptione generatim delineata.

- §. I. Praescriptio uarie sumitur in iurisprudencia.
- §. II. Descriptiones praescriptionum in medium proferuntur.
- §. III. Diuisiones praescriptionum exhibentur.
- §. IIII. Continuantur.
- §. V. Praescriptio obiectum iurisprudenciae tam theoreticae, quam practicae esse potest.
- §. VI. Dantur casus, in quibus praescriptio locum non habet.

Caput II. De praescriptione temporum.

- §. VII. Quomodo praescriptio temporis contingat.
- §. VIII. Quotuplicia sint ea tempora.
- §. VIII. Quid mores, leges et consuetudines Germanorum de praescriptione temporum constituant.
- §. X. Varia praescriptionum tempora hodie animaduertuntur in Germania.
- §. XI. Circa actiones instituendas tempora sunt obseruanda.
- §. XII. De praescriptionibus Germanorum immemorialibus.
- §. XIII. De praescriptionibus in iure feudali.
- §. XIII. Praescriptionibus et locus est in emphyteusibus.
- §. XV. Iisdem nec non utimur in rebus ecclesiasticis.
- §. XVI. Et et in rebus criminalibus.

—  —

**Caput III. De praescriptione actionum iam iam coeptarum
secundum iura communia.**

- §. XVII. *Actiones praescriptioni obnoxiae sunt.*
 §. XVIII. *Inter actiones natas et nondum natas discrimen est faciendum.*
 §. XVIII. *Exceptio praescriptionis actioni et disceptationi forensi opponi potest, et hoc modo litis contestationem causamque agendi impedit.*
 §. XX. *Quando actiones coeptae et iudicium inchoatum dici queat.*
 §. XXI. *Instantiae generatim describuntur.*
 §. XXII. *Earum diuisiones recensentur.*
 §. XXIII. *Utrum instantiis praescribi possit.*
 §. XXIII. *Differentiae inter ius romanum et pontificium obseruantur.*

Caput IIII. De processu augusti iudicii cameralis praescriptioni nunquam obnoxio.

- §. XXV. *Processus iudicii cameralis describitur.*
 §. XXVI. *Eiusdem diuisiones exhibentur.*
 §. XXVII. *In Camera uariae obseruantur instantiae.*
 §. XXVIII. *Instantiae iudicii seu litis in Camera augusta.*
 §. XXVIII. *Executioni praescribi nequit.*
 §. XXX. *Casus quidam in medium profertur.*
 §. XXXI. *Num instantiae renunciari, eaque deferri possit.*
 §. XXXII. *Epilogus.*





CAPVT I.
PROOEMIUM.



Grauiſſimos iam olim iurisprudentiae reſtauratores in materia de praefcriptione defuſaſſe, modernosque iureconſultos de eadem magna, praeclara, quin immo immenſa fere uolumina atque opuscula conſcripſiſſe, (a) cuiſlibet iurium non plane imperito ſatis ſuperque cognitum eſt atque perſpectum, ita, ut in tanta huius generis ſcriptorum ubertate hae meae lucubr-

(a) Confer. *bibliotheca iuridica LIPPENIANA*. Lipſ. 1757. Fol. Vol. II, pag. 192. — 197. et p. 462. ſeqq. ſub rubricis: *praefcriptio, uſucapio, uſurpatio*.

BVRGH. GOTTH. STRVVIJ et BVDERI *bibliotheca iuris ſelecta*, len. 1743. 8. p. 169. p. 240. p. 750.

CHRISTIANI GOTTL. RICCI *ſpecimen iuris germanici, quo praefcriptio Germanorum etc. illuſtratur*, Norimb. 1738. 4.

brationes esse plane superfluae, oleumque et opera per-
dita primo obtuitu facile uideantur. Interim uero adhuc
multa additamenta ob elegantiam obseruationis forique utili-
tatem commendanda, adeoque nec minus ponderosa atque
momentosa superesse, quilibet aequus rerum aestimator
censebit. Quamobrem totum praescriptionis ambitum et
complexum una cum omnibus suis speciebus ac diuisioni-
bus edisserere, ac proluxa copiosaque tractatione persequi,
mihi non est in animo: sed summa obseruationum subsequen-
tium eo tendit, ut, cum ipsa instituti huius ratio breuitatem
suadeat, qualescunque haec enucleationes, ad praxin accom-
modatas, pro modulo ingenii mei, saluo doctiorum iudicio, in
medium proferam. Ego uero, aliorum commentarios ac libellos
lucubrationibus meis exornare, minime ausus, ex iis potius,
quae nemo peculiari hucusque opusculo illustrauit atque ex-
planauit, materiam quandam iuris: de processu uidelicet ca-
merali semel coepto, praescriptioni non obnoxio, disputan-
dam selegi. Haec autem ita pertractanda erunt, ut prae-
scriptionis generalia praemittam, deinde iura communia et
germanica sub incudem seorsim reuocem, his postea, quid
circa disceptationes forenses obtineat, subiungam, et tandem
differentias, communem inter et camerae imperialis praxin
uersantes, suppeditem. Quod Deus T. O. M. bene uertat!

§. I.

Praescriptio uarios capit significatus atque alios penes
grammaticos auctoresque latinae linguae^(b), alios iterum apud
iuris-

(b) Vid. MARIJ NIZOLII in *M. T. Ciceronem obseruationes*. Lugduni 1562.
Fol. sub uocibus: *praescribo, praescriptio, praescriptum*. Columna, 1258.

jurisprudentes deprehendimus. At hic mihi non tam cum grammaticis, quam cum iureconsultis res est, quamvis inficias ire nequeam, praescriptionem si uocabulum *praescribo* idem ac definitio, praefinitio, praestituo etc. inuoluit, quasi temporis praefinitionem (c), seu temporis definitionem, suffragium, normam, legemque comprehendere, (d) eamque ob rem in legibus ciuilibus certum tempus esse praefinitum, ut, hoc elapso, actiones sint extinctae, ampliusque intentari nequeant. Constat quoque inter omnes, actiones praescriptis uerbis in iure romano existere. Deinde notum est, praescriptiones cum late et generatim accipi, ita ut omni omnino, siue perpetuae (e), siue temporariae, exceptioni adplicari queant; unde praescriptio rei iudicatae, fori, moratoria, dilatoria, praescriptio in factum, in iure occurrunt: tum speciatim praescriptionis nomine uenire possessiones temporis lege definiti, et temporarias exceptiones, quae actori opponuntur, illumque ab agendo excludunt, eo quod intra tempus a lege praestitutum non egerit; quam ob causam iurisconsulti dicere solent: obligationi, iuri, actionibus praescriptum esse, quando scilicet illa extincta sunt; quod si uero ea de acquisitione sumitur, rei, iurisdictioni, seruituti etc. praescribi perhibent (f). Specialissime uero praescriptio pro

B

ad-

(c) Cap. 2. X. de concess. praebend.

(d) Conf. LAVTERBACH, in *Colleg. theoret. pract. ff.* Lib. XLI. Tit. 3. §. 2. 3.

(e) Sic u. g. exceptiones praescriptionis, immo litis finitae, peremptoriae habentur. GE. HENK. LINCK in *respons.* 122. num. 4. p. 540.

(f) FRANC. SCHMALZGRUEBER in *iure canon.* Tit. de praescript. §. 1. num. 2. p. 750.

LVD. ENGEL in *iure canon.* Lib. II. Tit. 26. num. 1.

ANACL. REIFFENSTVEL in *iure canon. uniuers.* Vol. II. Lib. II. Tit. 26. §. 1. num. 5. p. 548.



pro acquisitione accipitur (g). Illa igitur modus esse potest cum acquirendi, tum tollendi iura et obligationes. Nam si praescriptio possessione nititur; praescribere idem est, quod adquirere: sin autem reus praescriptione se tuetur, nec reuera possidet; praescribere significat excipere.

§. II.

Praescriptio generatim consideratur tanquam legitima adiectio domini, alieniue iuris extinctio, per continuam possessionem temporis lege definiti. Me quidem non fugit, praescriptionem in iure antiquo romano innuere exceptionem, qua is, qui longo tempore rem possedit, sese aduersus dominum tuitus est, seu, qua quis declarauit, actionem ob temporis lapsum esse extinctam. Verum enim uero, cum Iustinianus non solum usucapionem et praescriptionem longi temporis et rerum quodammodo in unum conflauit, (b) nec non instituta pontificum romanorum atque inuenta glossatorum praescriptioni accesserunt, quin immo Germani usucapionis romanae plane ignari fuerunt: inde uenit, ut hodie sola praescriptio in ore fere omnium sit.

§. III.

Praescriptiones uario modo distinguuntur, cum illis modo res et iura adquirantur, modo ea et obligationes tollantur. Vnde ueniunt *adquisitiuae* atque *extinctiuae* praescriptiones. Adqui-

(g) pr. Instit. de *perpet. et temp. act.* arg. L. 3. ff. de *usurpat. et usucap.* LAUTERBACH. c. 1. Lib. XXI. Tit. 3. §. 3. et 5.

(b) L. un. Cod. de *usucap. transform.* IO. GOTTFR. SCHAUMBVRG in *compend. ff.* Lib. XXI. Tit. 3. §. 4.

Adquisitiua igitur praescriptio uersatur circa rei iurisque ad tertium spectantis acquisitionem legitimam per certum temporis interuallum, iuribus determinatum, non interruptum, possessam. Per hanc itaque praescribens aliquid adipiscitur, eaque a Doctoribus in *constitutiua* et *translatiua* distribuitur. Haec dominium aut ius formaliter existens in praescribentem transfert: illa uero iura uirtualiter a dominio diuersa, penes alium existentia, alii tribuit sub noua forma, u. g. intendit efficitque seruitutem, usumfructum etc. *Extinctiua praescriptio* a uerbo *extinguere* deriuatur eam ob causam, quoniam per eam iura nobis molesta, actionesque tolluntur et perimuntur, seque ea exferit in obscuracione per moram eius, qui agere poterat illis temporibus, quibus adhuc auxilia discutiendae causae supererant. (i) Haec praescriptio non est confundenda cum interitu iurium, quia hic per non-usum citra ullam praescriptionem fieri solet (k). Illud adiuuere liceat, praescriptionem certo respectu et adquisitiuam dici posse et extinctiuam.

B 2

§ III.

(i) TITIVS in *iure priu.* Lib. II. Cap. 8. atque in *notis* ad LAVTERBACH. Obs. 103, num. 3.

WOLFG. ADAM SCHOEPF de *praescriptione seruitutum extinctiuas* Tuingae 1745.

Job. Martb. Martini in der academischen Abhandlung von der Lehenverfährung nach Mecklenburgischen Gesetzen. S. 68. Not. (d) Buzow 1767, ibique allegatus de LEYSER.

(k) AEM. LVD. HOMBERGK zu VACH de *praescriptione extinctiua cum interitu iurium per non usum baud confundenda*. Marb. 1750. §. 15. p. 28. seq.

§. III.

Ad praescriptionem spatium temporis exigitur. (§ III.) Illud temporis interuallum est modo ordinarium, modo extraordinarium; quin etiam immemoriale esse potest. Vnde praescriptio a Doctoribus in ordinariam, extraordinariam (l) atque immemoriam diuidi solet. Hisce diuisionibus praescriptio dormiens (m) non currens (n) conuentionalis (o) aliaequae repartitiones u. g. fauorabilis, odiosae, mixtae (p) completae et complendae etc. adduntur, quibus immorari instituti ratio non patitur.

§. V.

Praescriptionis complexum non solum ad iurisprudentiam Romanorum ciuilem, sed etiam ad publicam, feudalem, ecclesiasticam, germanicam, criminalem, ad usum forensem, instantias et fatalia spectare, fugit profecto neminem. (q) Vtrum uero

(l) HENR. COCCEI *diff. de praescript. extraord.* Francof. ad Viadr. 1700.
Extat in *eiusd.* exercitat. curiosis Vol. II. num. 20.

I. W. DIETMARI *progr. de praescriptione anomala.* lenae, 1733.

(m) FRID. PHILIPPI *de praescriptione dormiente.* Lips. 1690.

LEYSER *in medit. ad ff. Spec. CCCCLXIII.*

IO. BERNH. FRIESE *de iure dormiente.* lenae. 1713.

(n) MICH. GRASS *de regula iuris: agere non ualenti non currit praescriptio.* Tubingae 1718.

(o) RICCIVS *de praescript. et usucap. Imperatorum aut principum Imperii priuilegiis uel paciscentium prouisione aut plane exclusa aut ad longius tempus producta.* Goetting. 1744.

(p) REIFFENSTVEL I. m. Lib. II. Tit. 26. §. 1. num. 14. seq. p. 549. seq.

(q) HENR. ERN. KESTNER *de fatalibus seu praescriptione instantiae.* Rint. 1708. 4.

uero praescriptio in iure naturae atque inter liberas gentes locum habeat, est quaestio intricata; et licet Doctores in partes eant: tamen persuasum habeo, hancce assertionem esse negandam, nitens hac ratione sufficienti: in praescriptione temporis spatium determinari debet; in iure naturae autem nullus adest legislator uniuersalis, qui illud interuallum temporis, aliaque requisita praescriptionis, definire potest (r); hinc necessario sequitur, praescriptionem in iure naturae et inter liberas gentes esse non ens rationis, contra uero nudam Graecorum et Romanorum hypothesin, ergo iuris ciuilis inuentum.

§. VI.

Sunt quoque casus, res et causae, quae praescriptioni non sunt obnoxiae. Hoc uero pendet aut a legibus positivis cum generalibus, tum singularibus, aut a pactionibus aliisque circumstantiis. Nam summis ciuitatum moderatibus omnino integrum est, circa praescriptiones, tamquam modos iura et res acquirendi, et obligationes perimendi atque extinguendi, iure dispensandi uti, hinc alterum alterumque priuilegio singulari ab earum nexu et uinculo eo modo eximere, ut aut praescriptio, quod ad eum scilicet qui priuilegio praeditus est, vires suas non habeat, aut praescriptionis tempus, lege alias definitum, saltem ei, qui priuilegio gaudet, prorogetur.

B 3

(r) IO. FRN. GUNNRI disp. philosoph. in qua demonstratur: praescriptionem non esse iuris naturae. Ienae 1749.

CHRIST. HENR. BREVNING de praescriptione liberis gentibus incognita. Lips. 1752. add. LAPPENII biblioth. iuris Tom. II. p. 195. sub rubrica: praescriptio gentium liberarum.

tur. *Exempla lectu dignissima prae laudatus RICCIUS (s) alii- que suppeditant.*

CAPVT II.

DE PRAESCRIPTIONE TEMPORVM.

§. VII.

Praescriptio temporis existit, quando lapsus temporis actionem et ius alterius tollit perimitque.

§. VIII.

Tempus a Romanis in continuum, utile et mixtum, civile et naturale, ordinarium atque extraordinarium, breue et longum perpetuumque, fatale et minus fatale etc. diuiditur. Existit quoque praescriptio momenti, ubi nimirum quis in continenti aliquid praestare aut facere debet, ne intreat ius suum. Nec minus sunt praescriptiones horarum, dierum, mensium, unius pluriumue, immo memoriam hominum excedentium annorum, (s) tum iure romano, tum germanico item-

(s) In elegantissima memorata prolusione academica de praescriptione ac usucapione Imperatorum aut principum Imperii etc. §. 1. seqq. p. 4. seqq.

(s) EM. FRID. SCHROEDER de eo, quod iustum est in momento. Ienae 1666.

I. G. SIMON de temp. praescript. thes. 9. seqq.

CASP. A RHEDEN de momento. Brem. 1715.

HENR. BODINVS de eo, quod fit in continenti. Halae 1699.

SIEGFR. ALTWEIN de legali mensum tempore, seu spatio mensuræ.

Altdorf. 1700. Praescriptio, quam immemorabilem uulgo uocant, dicitur, cuius memoria in contrarium non existat. In hac titulus non requiritur.

itemque usu fori, quibus accessiones possessionum (†) adduntur, uidelicet computationes temporum seu coniunctiones antecessoris et successoris de eadem re, quarum beneficio praescriptio consummanda est. Differunt tamen illae accessiones quod ad successores uniuersales et singulares. Obligationibus actionibusque exceptio temporis opponi potest, qua actio excluditur, uelut certo tempore et termino exclusa. Quamuis autem obligationibus atque actionibus tantum non omnibus praescribatur; tamen uexata praecipue est disputatio, num idem asserendum sit, de iuribus actionibusque, quae per certa temporum interualla renascuntur. Obligationes enim aut purae sunt, aut conditione praeditae, aut in diem respiciunt. Obligationibus in diem et sub conditione praescribi nequit, nisi dies uenerit, seu conditio exstiterit.

§. VIII.

Quod instituta Germanorum circa praescriptiones attinet, distinguenda sunt tempora. Nam aeuo Cornelii Taciti et Iulii Caesaris nullum uestigium de praescriptione apud Germanos litteris mandatum deprehendimus; at uero cum dominia rerum, progredientibus aetatibus, certa facta fuerint: consuetudines quoque sensim eo deductae et leges ita latae sunt, ut possessores praescriptionis auxilio securi

(†) Vid. Tit. ff. de *diuers. temporal. praescript. et de accessionibus possessionum* Lib. XLIII. Tit. 3.

IOH. GE. SIMON de *temporibus praescriptionum*. In praesidiis academ. Part. II. Diff. 10. p. 451 — 606.

IOH. GE. BRVCKMANN de *eo, quod iustum est in usucapione circa titulum pro herede et accessionem possessionis*. Erford. 1753. 4. Cap. II. §. 1. seq. p. 29 seq.

CHRIST. WILDVOGEL de *non praescriptibilibus*. lenae. 1711.

curi reddantur. Germani autem non solum eos praesidio praescriptionis tutos esse voluerunt, qui praedium quoddam aut rem immobilem per triginta annos et quod excurrit, possederunt; uerum etiam illos, quibus a iudicibus competentibus fundi, legitimo modo adquisiti, confirmati fuerunt, quosque ille per annum tranquille et quiete tenuerunt (u) quod Germani dicunt: *Ein Gut Jahr und Tag in Gewehr haben* &c. Germanos igitur praescriptione XXX. annorum ad res acquirendas aequae ac ad actiones excludendas, et quidem absque bona fide fuisse usos, patet ex legibus Francorum, Burgundionum, Gothorum, Longobardorum aliorumque populorum Teutonicae gentis (vv). Iure Saxonico aliorumque moribus, in mobilibus anni et diei, in immobilibus XXX. annorum, anni et diei praescriptio obtinuit. Illud tempus quoque adhuc e regula hodie circa actiones tollendas obseruatur; existunt tamen exceptiones u.g.

- (u) IO. GOTTL. HEINECCIUS de praescriptione annali iuris Lubecensis a iure communi diuersi. In opuscul. uar. syll. 1735. 4. Exercit. XXV. p. 880. seqq. §. 6. sqq.
- IO. SAM. STRYK, de praescript. rerum per mare allatarum, secundum statuta Hamburgensia. Halae, 1710. et 1748. §. 22. seqq.
- CHRISTOPH. WILH. STURMER de annali rerum immobil. praescriptione German. et potissimum Norimbergensi. Sect. I. §. 6. seqq. Altorf. 1747.
- IOACH. DECHER de inuestitura. Sax. in rebus allod. immob. 1727. 4.
- FRID. ES. PVFENDORF in Vol. I. Obseru. 95. p. 241.
- GE. GVIL. LVD. BENECKE de praescript. Germanorum annali. Giesae, 1740.
- (vv) RICCIUS de praescript. germ. Cap. II. III. IIII. V.
- TOB. IAC. REINHARD de bona fide in praescript. non necess. Erfordiae, 1712.


u. g. si ius contractus contemplamur atque actiones ex eò competentes. Sunt quidem ciuitates nonnullae, quarum praescriptiones XXX. annis breuiores deprehenduntur, uti patet ex legibus Norimbergensium, Lubecensium, Hamburgensium aliisque. Verum enim uero eiusmodi leges aut ad fauorem commerciorum respiciunt (x), aut alias rationes habent (y), cum praescriptiones a quolibet legislatore fini formaeque reipublicae adcommoari possint. Vnde ueniunt diuersa praescriptionum genera.

§. X.

Varia temporum genera hodie in statutis legibusque Germaniae cum generalibus, tum particularibus obseruantur. (§. VIII.) Ergo et praescriptiones diuersae existunt et quidem tam ordinariae, quam extraordinariae. Tricennaria et annalis praescriptio iure germanico quidem in dubio ordinariae habentur; tricennariae uero quandoque, siue annus et dies, siue dies solus, uti et annali, additur aut non additur; sed occurrunt quoque uariae praescriptiones et aeternae

C

- (x) IO. HIER. WVRFBAIN *different. iuris ciuil. et Reformationis Norimcae* Norimb. 1665. 8. p. 54. num. 11, p. 144. num. 72.
STRYCK. l. c.
HEINECCIUS. l. m.
RICCIUS. l. d. Cap. VI. seq. p. 61. seqq.
- (y) HEINECCIUS l. d.
STURMER l. c. §. X. seq.
RICCIUS l. m. Cap. X.
SAM. STRYCK *de praescript. conuentionali* 1665.
ANDR. CHRISTOPH. ROESNER *de praescript. iuris negatiui*. Lips. 1698.



nae seu perpetuae et temporariae. Hae modo anno longiores sunt, tricesimum uero annum non attingentes (z), modo anno breuiores existunt. (a). Habemus enim in iuribus et usu fori momenta, (b) horas, dies, menses et annos. (§. VIII.) Haec temporum spatia accurate exquisiteque sunt respicienda, praecipue in causis iudicialibus et litigiis, nisi quis litem aut probationem, aut remedium iuris perdere, aut postponi uelit. Nam manifestum est, quod is qui momento tantum rem possedit, quam bona fide a non domino adquisiuit, et postea possessionem amisit, actione publiciana gaudeat. Deinde momentum circa hypothecas, pignora atque in quaestione prioritatis considerandum uenit effectusque suos producit. Dicimus enim, qui prior est tempore, potior habetur iure. Praeterea saepenumero momentum in remediis iuris suspensiuis maxime attendendum est, utpote quae interponenda sunt intra decendum, a momento publicatae uel insinuatae sententiae computandum; quem in finem ab actuario iudicii in actis momentum horae, in qua sententia promulgata est, consignari solet; ex quo intelligitur, fatalibus satisfactum non fuisse, si forte remedium aliquod die quidem, a publicata sententia, decimo, sed post effluxum horae

mo-

(z) RICCIUS l. d. Cap. XI. XII. XIII.

(a) GOTHOFR. WILH. KUSTNER de *menstrua et annali praescript. litterarum cambialium*. Halae. 1740. 4.

RICCIUS l. m. Cap. XIII.

IO. VOLK. BECHMANN de eo, quod circa dies iustum est. Ienae 1673.

TRAVGOTT THOMASIVS de iure horarum. Lipsi. 1727.

FRID. GOTH. STRUUII tr. de eo quod iustum est circa horarum. Vom Stunden Recht. Lipsi. 1752. 4.

(b) IO. FRID. TROPFNER de momento temporis. Lipsi. 1708.

momentum interponatur. Auxilia, siue possessoria, siue petitoria, discutiendarum caussarum tempore legitimo seruire debent, nec illud amittendum est, cum sit datum. Tempora enim circa disceptationes forenses etiam peremptoria et fatalia habentur (c), quae iure definita sunt, et intra quae iuris remedia adhiberi oportet, nisi quis iis priuari et iure excidere uelit. Constat quoque decreta, mandata et processus camerae imperialis praescriptioni esse obnoxios (d).

§. XI.

Quilibet quidem iudicium, necessitate exigente, praeparaturus, primum omnium actionem eiusdemque genus, aut remedium iuris congruens inuestigare debet; sed hoc non sufficit. Potius necesse quoque est, ut ille, qui legalem actionem instituire, aut contra eandem lite pulsatus, excipere et aduersarium a limine iudicii remouere uult, prius bene perpendat tempus, intra quod actio siue competat siue cesset, et num illa perempta atque extincta sit, nec ne? Exceptioni praescriptionis quidem renunciari potest; neququam uero actioni praescriptae reus locum dare tenetur; iudex quoque ex officio praescriptionem respicere debet. Deinde in finationes processuum in supremis imperii tribunalibus decretorum praescriptioni subiectae sunt. Nam illis spatium an-

C 2 nale

- (c) Cognitum ac perspectum est, *fatalia a fato*, quod casum aut mortem significat, denominari; unde *dies fatales*, tempora *fatalium* dierum, statuta tempora, terminus peremptorius etc. nota sunt.
- (d) Conf. IO. DECKHERRI *concordia tribunal. supremor. S. R. I. Cap. XV. Subsect. II. p. 167. Num. 9.*
de NEVMANN in WOLFSFELD *principia processus iudicii Imp. aulici hodiern. 1744. 8. p. 10. (e) et p. 30. (g).*
add. HENR. HAHN *de praescript. mendaciorum rescriptis et mandatis opponi solita. Helmst. 1655. 4.*



nale indultum est. Eo citra insinuationem elapso, processus vires atque effectus amittunt, quo facto de nouo in Camera pro rescripto, id est, noua expeditione supplicandum est, idemque quoad descriptionem iterandam in iudicio Imperii aulico circa mandata et rescripta obtinet (e). Praeterea mediis probandi in legibus Imperii terminus peremptorius praescriptus est (f).

§. XII.

In legibus Imperii (g) aeternarum et memoria hominum antiquiorum praescriptionum mentio fit. Germani aeternum spatium centum annorum dimensi fuerunt (h). Praescriptio immemorialis quoque aduersus principem locum habere potest, praecipue quando eius fundamentum in derelictione constituitur (i). Per eam igitur res tum corporales tum

(e) DECKHERR, l. c. et de NEVMANN, l. d.

(f) Rec. Imp. de 1654. §§. 35. 39. 48. 54.

(g) Vid. Aurea Bulla Tit. VIII. §. 1—4. Tit. VIII. §. 2. Tit. XXVIII. §. 5. Rec. Imp. de 1548. §. 56—59. §. 64. Rec. Imp. de 1576. §. 100. 103. l. P. O. Art. XV. §. 1.

IOH. PAVL. KRESS de genuina natura et indole vetustatis seu praescript. immemor. Helmst. 1714. Cap. III. §. 15.

RICCIUS l. m. Cap. XVIII. §. 8. Qualis praescriptio contra Regem Bohemiae locum habeat uid. in IENICHEN. thesaur. iur. feud. Tom. III. p. 579.

(h) CHRIST. GOTTL. HALTAUS in glossar. germ. medii aevi Lips. 1758. Fol. col. 415—418. et col. 980. 981. sub rubris: *Äwigkeit*, *Hundert Jahr*.

BASTINELLER, de eo, quod iustum est in praescript. immunitat. ab oneribus publicis. Viteo. 1740. §. 7. seqq.

(i) ANDR. OCKEL de praescript. regal. ad iura subditor. non pertinent. Halae 1696.

IO. PETR. de LVDEWIG Tom. II. Opusc. miscell. p. 509. seqq. §. 30. 31.

tum incorporales ualide adquiri, itemque extinguī ac tolli possunt, quae alias praescriptionis expertes habentur (k), u. g. iura regia, immunitates, iurisdictio (l) ius collectandi, imperium, uectigalia, priuilegia uel quasi (m), et quae sunt reliqua. Immunitas per praescriptionem immemoriam aduersa, libertati ex pacto quaesitae, aequiparatur (n). Interea contra utilitatem salutemque publicam nulli praescriptioni locus est.

§. XIII.

Praescriptio itidem in iure feudali non infimum locum occupat. Nam per eam feudum cum constitui et transferri, tum nexus feudalis dissolui potest, siue sit seculare siue ec-

C 3

cle-

(k) GE. FRID. HARPPRECHT in *Consil.* VI, num. 45. *Conf.* VII, num. 31, 112, Vol. VII, *Conf.* Tubing.

LINCK in *respons.* 181. num. 12, seqq.

FRANC. STVCKRADT de *praescript.* reges et principes summos adstringente. Marb. 1682.

I. V. L. B. de CRAMER Vol. III, *Obs.* 982, p. 832, seqq. et Tom. II. opusc. num. 8.

(l) IO. IOD. BECKII tr. de *iurisdictione Vogteica immediata.* Norimb. 1718. 4. Cap. XXX. §. 3. seqq. p. 511. seqq. Cap. XXXIII. §. 5. p. 554. seqq. LINCK. l. c.

(m) SAM. STRYCK de *iure priuilegiati.* Halae 1744. Cap. I, num. 21.

CHPH. ADAM RINDER de *priuilegiis ad instar.* Altorf. 1714. p. 4.

(n) de CRAMER Vol. III. *Obs.* 963. p. 708. seqq.

SAM. STRYCK de *immunitate a seruitiis feudal.* Cap. I. §. 4. num. 9. seqq. Cap. III. §. 10. seqq.

HARPPRECHT l. d. *Conf.* VI, num. 44. *Conf.* VII, num. 112. *Conf.* XXXI, num. 27. seqq. *Conf.* XXIX, num. 40. *Conf.* LI, num. 69. seqq. *Conf.* LIII, num. 34. *Conf.* LXII, num. 21. *Conf.* LXV, num. 49. seqq. Vol. VII, *Conf.* Tubing.

clesiasticum (o). Adquiritur autem praescriptione dominium partim directum a domino superiori in rebus uasalli; partim uasallus dominium utile feudi, quod ad alterum adhuc spectauit, mediante praescriptione in se transfert (p). Uasallus quoque aduersus alium uasallum praescriptione uti potest. Quodsi uero nexus clientelaris ea tollitur; ex re feudali oritur allodialis. Tempus praescriptionis in iure feudali continet spatium XXX annorum (q), quo feudum tam constitui, quam dissolui potest, quamuis quidam Doctores existiment, ad praescriptionem feudorum ecclesiasticorum XL annos requiri, quod alii negant (r). Interea illud certum est, ad hanc praescriptionem feudalem possessionem continuam, non interruptam, requiri. Quodsi uero ea legitime interrupta est, tunc praescriptio absolui nequit. Deinde

(o) ALEX. ARN. PAGENSTECHEER, de *praescript. feudi ecclesiast.* Colom., 1700.

(p) II. Feud. 26. §. si quis II. F. 33. pr. II. Feud. 87.
CAR. HENR. MOELLERI *distinctiones feud.* Cap. XI. p. 248.

(q) II. Feud. 26. §. 4. HENR. BOCER de *praescript. feudi.* Tubing. 1616. 8.
CASP. ZIEGLER de *praescript. feudali*, Vitemb. 1682.

LINCK in *respons.* 199. num. 23. 24.

FRID. PLATNER de *iure in feudum ante inuestituram praescriptione quaesito.* Lips. 1752. 4.

IAC. HENR. ZOLL de *feudi per uasallum alienati praescriptione contra dominum directum.* Rint. 1710.

IOH. BERNH. FRIESE de *feudi in allodium praescriptione.* Ienae, 1711.

GABR. SCHWEDER de *appropriat. feudi.* Tubing. 1724.

CODOFR. DAN. HOFFMANN de *appropriat. feudi.* *ibid.* 1751. §. 4.

(r) Vid. HERM. VVLTEIUS in *iure feud.* L. 1. Cap. 9. num. 8.
MOELLER. d. Cap. III. *distinct.* 7. p. 63.

de quidam praeter bonam fidem in praescriptione domini utilis a uasallo contra dominum instituenda iustum titulum exigunt (s), quamuis iure germanico nec bona fides nec titulus iustus in praescriptione XXX. annorum requiratur (t), neque mala fides praesumatur, sed probanda sit, nec de bona fide in capitibus ordinariis iuris feudalis Longobardici quicquam deprehendatur, textus uero II. Feud. 87. ad capitula extraordinaria referendus sit. Alia uero quaestio in disceptationem uenit: utrum uasallus contra dominum superiorem praescriptione gaudeat? Negantes prouocant ad II. Feud. 40. et II. Feud. 55. Verum enim uero textus II. Feud. 40. et II. Feud. 55. agunt de alienationibus illicitis et oppignorationibus, in quibus praescriptioni locus non conceditur; exceptiones igitur in illis textibus continentur; regula uero II. Feud. 26. §. 4. exhibetur (u), quae de constitutione feudi per praescriptionem agit. Sunt quoque casus, ubi quis bona fide praescribere potest, u. c. si possessor ex probabilibus rationibus credat, maiores de feudo inuestitos fuisse; item: si quis cum pertinentiis inauguratus est et iusta ratione motus existimat, hunc fundum e pertinentiis esse, qui tamen non est. Dominus igitur malam fidem uasalli probare debet, cum quilibet bonus praesumatur. Indulgentia tacita et negligentia domini uasallique instar tituli atque inuestiturae habentur. Sunt etiam casus, ubi praescriptio

circa

(s) HENR. a ROSENTHAL in *syn. feud.* Cap. 6. Concl. 77. seqq.

IOACH. MYNSINGER a FRVNDECK Cent. III. Obs. 29.

(t) II. Feud. 26. §. 24.

(u) ESTOR von der römischen Usucapion ic. p. 179. seq. et p. 208. seq. P. I.

circa feuda non conceditur (x), nec feudis aduersus agnatos (y) et simul inuestitos praescribi potest, nisi successio ad eos pertuenerit (z). Nam ubi nulla actio nata, ibi praescriptio currere nequit. Ergo ea dormit et quiescit, neque illis nocet, qui agere non ualent (a), uti sunt impuberes et qui ex iustis causis agere impediuntur, ad quas calamitates belli referuntur (b) etc.

§. XIII.

- (*) MASCOV, de iure feudorum Lips, 1754. 8. Cap. VIII. §. 14. seqq.
KLOCK Conf. VI. num. 158. seq. Vol. II.
- (y) I. V. L. B. de CRAMER in *Weglarischen Beyträgen* P. II. p. 34. et Vol. III. Obs. 820. §. 23. p. 178. seq. Obs. 982. p. 821. seq.
- IO. NIC. HERT. de *praescript. iur. per temp. interualla renascent.* Sect. III. §. 2. Praescriptio quoque de personis andhibetur; unde in uernacula lingua dicere solemus: *Sich versäbren*. Si quis inuestituram intra legitimum tempus petere atque impetrare debuisset, illam uero negligit, tunc dicimus: *Er habe sich versäbret*.
- HALTAVS l. d. column. 1864. Nec minus exemptio ab imperio, circa uasallos immediatos, per praescriptionem fieri potest; illi redintegratio clientelarum exemptarum opponenda est
- IVST. GE. CHALDENIVS de *iure redintegrandi clientelas exemptas.* Vitemb. 1732. §. 3. seqq. p. 5. seqq. praesertim si exemptio iniusto modo facta est.
- (z) IO. GVIL. ITTER, de *feudis Imperii*, 1714. 8. Cap. XXIII. §. 14. 15. p. 992. seq.
- (a) GE. HENR. BRVCKNER de *feudo informi per praescript. adquisito.* Erf. 1690. Cap. II. §. 7. et 14.
- IENICHEN in *thesaur. iur. feud.* Vol. III. p. 415. 416.
CONR. RITTERSHVS, in *Consil. Altorfensis*, Resp. 48. p. 210.
- (b) R. I. de 1654. §. 172.
IO. MICH. GRASS, in *collat. iur. ciu.* etc. p. 576. seq.
de CRAMER Vol. III. Obs. 982. p. 806.

§. XIII.

Emphyteusin praescriptione constitui posse, dubium non est (c), dummodo legitima requisita adsint; quinimmo laudemale debitum illa tolli potest (d).


§. XV.

Praescriptio temporum quoque circa res ecclesiasticas iuraque cum acquirenda, tum extinguenda respicienda est. Ordinaria currit contra ecclesias et quidem XXXX annis absoluitur (e), sed exceptio a regula contemplatione ecclesiae romanae iam iure civili nota est (f). His accedunt varia privilegia ordinum religiosorum et monasteriorum atque ecclesiarum singularia. Quadraginta annis praeterlapsis et completa contra ecclesiam praescriptione, superest adhuc quadriennium, intra quod ecclesia contra perfectam praescriptionem, sicut minor, in integrum restitui potest; inde eorum error refellitur, qui opinantur, ecclesiam omni tempore restitutionem petere posse (g). Praeterea annui redditus et praestationes annuae, ecclesiis piisue corporibus debitae, quadraginta annorum praescriptione tolli et minui possunt (h).

D

Sunt

- (c) de CRAMER Vol. III. Obs. 820. §. 27. p. 177. seq.
GE. FRANZKIVS de *laudemiis* Cap. IV. num. 23. 29. p. 26.
- (d) FRANZKIVS l. d. Cap. XXV. num. 13. seq. p. 471.
- (e) AVG. a LEYSER de *praescript. rerum ecclesiasti.* Helmst. 1719. et in *meditat. ad ff. Spec. CCCCLVIII. Meditat. 3. seq.*
- (f) IOH. AVG. BACH. de *praescript. centum annorum in actionibus ecclesiae romanae de iure civ.* Lipsi. 1750. §. 1. — 13.
- (g) L. B. de CRAMER in *Wenzlarischen Trebenstunden*, P. XXXV. Opusc. V. p. 21 — 30.
- (h) de LEYSER l. d. Coroll. 2. Spec. CCCCLVIII. p. 209. Vol. VII. 1744. 4.



Sunt tamen et species, quae praescriptionum expertes habentur. Sic u. g. contra procuracionem legatorum seu nunciorum Pontificis romani et dioecesis non currit praescriptio; sed contra clerum illa locum habere potest (i). Limites parochiarum atque episcopatum praescribi nequeunt, et negligentia contra actus imperii sacri a subditis et ita contra obedientiam et reuerentiam uisitationemque quod ad extinctionem opponi non debet; bene tamen translationi ansam praebere potest (k). Sunt quoque iura et res in iure pontificio constitutae, quae praescriptione hominum secularium exemptae sunt. Dicunt enim, quod quis acquirere nequit, illi et praescribi non potest.

§. XVI.

Restat adhuc, ut de criminibus et actionibus ex illis nascentibus pauca addantur. Actiones, quae ex delictis nascuntur, modo civiles, modo criminales sunt. De his Doctores formant regulas: civilibus XXX annis, criminalibus uero XX praescribi; hae regulae tamen suas habent exceptiones. Variant igitur tempora praescriptionum circa crimina actionesque: legibus etiam singularibus delicta quaedam praescriptione eximi possunt (l), quae crimina excepta dicuntur.

(i) L. B. de CRAMER Vol. III. Obs. 982. p. 833.

IO. NIC. HERT. de praescript. iurium per temporum intervalla renascentium. Sect. I. §. 7. seqq. et de matrimonio putativo. §. 46.

(k) ANACL. REIFFENSTVEL in iure canon. Lib. II, Tit. 26. num. 53. §. 2. p. 551. Vol. II.

(l) WOLFG. ADAM LAVTEREACH de criminum praescript. Tubing. 1658. 1661.

CONR. STRAVSSIVS de praescript. delictorum. Argent. 1667.

dicuntur (*m*). Praescriptio lapsu temporis legitimi fundata tollit quidem perfectionem criminis et accusationi et inquisitioni opponi potest; actioni uero civili non aequae eodem tempore praescriptum esse censetur (*n*). At illa praescriptio in causis criminalibus pariter ac in civilibus cum impediri, tum interrumpi potest (*o*). Interruptio ab accusatore aut iudice opposita ab his probanda est. Citatio autem praescriptionem interrumpit (*p*), et quae sunt reliqua.

CAPVT III.

DE PRAESCRIPTIONE ACTIONVM IAMIAM COEPTARVM SECVNDVM IVRA COMMVNIA.

§. XVII.

Praescriptio quasi temporis praefinitio est (§. I.). Actionibus termini in iuribus civilibus utilitatis publicae gratia praescripti

D 2

stituti

- GE. RADOVIVS de *praescript. delictor.* Rostoeh. 1676.
 OTTO FRID. KNORR de *praescript. criminum.* Halae 1695.
 CHRIST. THOMASIVS de *crimine bigamiae.* Halae 1685.
 IO. RVD. ENGAU von der *Verjähr. ung in peinlichen Fällen,* Jena, 1733. 1737. 1750. 8.
 de LEYSER in Spec DXV.
 (m) GE. ENGELCRECHT de *criminibus exceptis,* Helmst. 1711.
 ENGAU l. d. §. 8. §. 14. §. 23. seq. §. 38. seq. §. 44. seqq.
 LEYSER in Spec. DXV. Mediat. 12.
 (n) ENGAU l. d. §. 10. et 15. §. 26. §. 31. seq. p. 14. 16. 25. 48. seq.
 (o) ENGAU l. m. §. 81. seq. §. 100. seq. §. 113. seqq. p. 76. p. 89. p. 97. seqq.
 (p) BEN. CARPZOV, in *iurispr. for.* P. II. Const. 7. def. 4. P. III. Const. 46. def. 6. 7.
 GE. FRANZKIVS P. III. Resol. 19.
 DAV. MEVIVS P. V. Decis. 369.

situti sunt. Illa tempora pro diuersitate actionum variant (§. seq. X.). Actionibus igitur praescribi potest, si natae sunt. Vnde praescribere idem est ac ab agendo repellere (q), atque ab obligatione liberare etc. Ergo praescriptio salutatur exceptio peremptoria, qua reus actorem siue aduersarium ab actione excludit eamque elidit, eam ob causam, quod tempore a iure definito non egerit, cum tamen iudicio experiri potuisset, neque impedimenta legitima obstiterint. Causa finalis praescriptionis iure civili constitutae est salutaris utilisque finis ad lites tollendas possessionesque securas ac intactas reddendas aptus. Regula generalis habetur: actiones ciuiles, nisi breuiori aut longiori interuallo sint circumscriptae, XXX annorum spatio finiuntur et quasi moriuntur (r), ne lites sint immortales. Extenditur autem illud tempus modo in fauorem, modo in odium, itemque per litis contestationem, circa actiones temporarias (s), illud fieri solet, nec minus restringitur illud spatium temporis siue ob naturam actionum u. g. praetoriarum, regularium etc. siue ob fauo-

(q) L. 73. ff. de iud. L. 34. §. 3. ff. de Leg. II. L. 1. §. 4. ff. ne de statu defunct. L. 3. §. 1. ff. de praenunciat. L. 5. pr. ff. pro suo. L. 1. ff. de usurp. et usucap.

WOLFG. ADAM LAVTERBACH de uarietate temporum. Cap. III. Art. 7. §. 6. seq.

(r) L. 3. §. 1. ff. quae in fraud. credit. L. 2. ff. iud. solu. L. 3. Cod. de praescript. 30. uel 40. annorum.

IO. FLOR. RIVINVS de fine litium ut finiantur. Lipf. 1748.

L. fin. Cod. de praescript. 30. uel 40. annorum.

LAVTERBACH de diuers. temp. praescript. §. 19.

(s) SIMON I. d. thes. 108. seq.

IO. PETR. BANNIZA de praescript. tricennaria debitorem ac eius heredem quin et successorem singularem non releuante. Wircebi. 1744.

fauorem siue ob odium : differunt quoque actiones personales et reales, ciuiles et poenales, temporariae et perpetuae. Actionibus personalibus XXX annis e regula praescribitur; reales uero actiones tamdiu durant, quamdiu ius in re, et quidem, si omnia adfunt praescriptionis requisita (t), ordinarium spatium obtinet; quodsi uero ea defunt, tempus longissimum iure ciuili exigitur. Obstare autem rationes contrariae possunt, quarum quaedam impediunt, quo minus praescriptio inchoari queat; quin etiam impedimenta existere possunt, quae iam coeptae moram inferunt actioni, eiusque

D 3

cur-

- (t) NIC. CHPH. LYNCKER de *b. f. in praescript.* Ienae 1696.
 IO. SAM. STRYCK. de *b. f. ad praescript. actionum necessaria*, 1692.
 Vol. II. Diss' num. 21. p. 394. seqq.
 LVDER. MENCKEN *an requiratur b. f. in praescript. action. poenal.*
 Lips. 1697.
 IDEM *an actio ob iniurias uerbales instituta intra annum et per sententiam reiecta propter incidentem praescript. plane sit extincta?* Ibid.
 1690.
 CHRIST. FRID. GE. MEISTER de *fide eiusque in praescript. iure*
 Goetting. 1741.
 IO. ERN. HOEPFNER de *neccessario b. f. ad praescript. action. personal. requisito.* Giesae 1744.
 GVIL. FERD. L. B. BACHOFF ab ECHT de *iustitia praescriptionis circa bona sub pacto retrouendit. alienata.* Goth. 1730. 4. Sect. I.
 §. 45. seqq. p. 49. seqq. et Sect. II. p. 77. seqq.
 CHPH. LVD. CRELL de *praescript. heredit. pat. et auitae.* Vitemb.
 1738.
 GE. CHPH. NELLER de *praescript. actionum.* Aug. Treuir. 1751.
 Num uero existat praescriptio nonagenaria circa hereditatem paternam etc. negat LVDOVICI de *praescript. nonagenaria.* Halae 1718. §. 16.
 seqq. p. 18. seqq.

cursum sistere queunt ulteriorem; aliae autem rationes perfectam praescriptionem rescindere valent. Prioris generis causae habentur: 1) quibus defectus formae a legibus praescriptae opponitur, 2) iura singularia et privilegia personarum, u. c. pupillorum (u), minorum, aliaeue causae legitima ex defectu bonae fidei tituliue iusti, uel etiam ex possessionis uitio depromptae. Si autem illa obstacula remota fuerunt, praescriptio currere potest, eaque antea incoepa sequenti demum tempore continuatur atque perficitur.

§. XVIII.

Plurimas actionum definitiones in iure occurrentes non repetam, cum a tyronibus non ignorentur. Tantum hic afferam, quod ad propositum meum spectare uidetur, nimirum actiones in praeparatas et non praeparatas, coeptas et non inchoatas, a Doctoribus distingui solere. Et multum interest: utrum actioni ante litem intentatam iam praescriptum fuerit, nec ne? Si prius, frustra actor in ius ibit, cum exceptione praescriptionis a limine iudicii repelli queat, quae statim ante litem contestatam opponi potest, quin etiam eam a reo omittam per iudicem ex officio suppleri posse, practici multi tra-

(u) IVST. HENNING. BOEHMER de *curfu praescript. actionum contra minores suspenso*. Halae 1719.

IER. EB. LINCK de *praescript. contra minores*. Argent. 1732.

IO. FLOR. RIVINVS de *obligatione extincta renuifcente*. Lips. 1746.
§. 21. p. 20.

HERM. HENR. ab ENGELBRECHT, in *consult. ICTorum Grypbiswald*.
LX. num. 15. seqq. p. 293.

tradunt (vv) : alii uero hanc opinionem periculofam habent (x). Quodfi uero actioni non praefcriptum est, contemplandum erit: num ea nata fit atque institui poffit, aut nondum orta fit? Si prius, tunc actori ius fuum intra legitimum tempus perfequendum est, nifi poenam culpae et negligentiae ex praefcriptione uelit fubire. Quando autem actio adhuc non competit, e regula tunc nulla culpa actori imputari, neque praefcriptioni locus effe potest (y). Verum fac effe actionem quidem natam, fed tamen eiufdem executionem adhuc impeditam; tunc actioni prius non praefcribitur, quam a tempore ceffantis obftaculi, et fi pactione contrahentium in certum tempus aut euentum executionis dilata ac prorogata fuit, praefcriptio non nifi post tempus transactum effectus fuos producere potest. Deinde funt species, ubi ex uno nexu diuerfi temporis interuallo, quaedam praeftanda ueniunt; hoc autem casu una praefcriptio non fufficit, fed fingulis praefstationibus praefcribendum erit, adeo,

- (vv) CASP. KLOCK. Vol. I. *Conf.* 37. num. 349.
 MYSINGER a FRVNDECK Cent. III. *Obf.* 78.
 MEVIUS P. VII. *Decif.* 182. num. 2. §. 7. P. VIII. *Decif.* 419. num. 4.
 de CRAMER Vol. III. *Obf.* 982. p. 803. feq.
- (x) IO. BRVNNEMANNI *Processus ciuilibus* Cap. XVI. num. 19. p. 158.
 STRYCK de *actionibus forens.* Sect. III. p. 309.
 IO. a SANDE in *decif. Fyif.* Lib. I. Tit. 7. *Def.* 182.
- (y) Praefcriptio tunc incipit, quando actio iam nata est, L. 3. §. *quae ergo.*
 L. 7. §. 4. feqq. de *praefcript.* 30. uel 30. *annor.* L. 1. Cod. de *annal.*
except. Auth. *nifi tricennali* eod. de *bon. mat.* L. 36. de *iure dot.*
 L. 6. de *inoff. testam.* E contrario praefcriptio contra eum, cui iuris aliquid impedimentum obftat, quo minus agat, non currit. L. 1.
 Cod. de *annal.* *except.*

adeo, ut ad unumquemque solutionis terminum praescriptio referatur (z).

§. XVIII.

Praescriptio litibus, utilitatis publicae causa, finem imponere debet (§. XVII.). Cuilibet quidem licet, ius suum in iudicio persequi; sed actio ita comparata esse debet, ut exceptione perimi nequeat, actorque prosperum exitum consequatur. Nam actionem nullam habere, eamque habere, cui perpetua et peremptoria exceptio obstat, in iure paria habentur (a). Praescriptionis autem omnibus suis numeris et partibus perfectae expletæque exceptio est peremptoria, et ad excludendam actionem comparata (b), unde consequitur, ut, praescriptione legitime et longissimo temporis intervallo completa, ne quidem ex capite nullitatis, contractus, sententia, arbitrium, decretum, testamentum et quae sunt reliqua, impugnari queant (c). Quin etiam illa exceptio liquido con-

(z) STRYCK. l. c. Sect. III. membr. 1. p. 310. seqq. HERT. de *praescript. iur. per temp. intervalla renascent.* Sect. 1. seq.

IVST. HENNING, BOEHMER de *praescript. annuor. reddituum.* Halae, 1711.

de LEYSER in *medit. ad ff. Spec.* CCLIII.

de CRAMER Tom. I. Obs. 301. Tom. II. Obs. 445. p. 13. seq. et P. II. der *Weslarischen Lebensstunden.* Obs. 3.

(a) LAVTERBACH de *residuo* §. 3. num. 4. Vol. III. *diff. acad.* p. 547.

(b) L. B. de CRAMER Vol. III. Obs. 1017. p. 49. et in *Weslarischen Lebensstunden* P. XXII. p. 99.

LINCK in *respons.* 122. num. 4.

(c) IO. RVDINGERI *obs. pract.* Cent. V. Obs. 79.

LAVTERBACH de *uarietate temporum* Cap. III. Art. 7. §. 6.
de CRAMER Tom. III. Obs. 982. p. 803. seqq.

constans non tantum actioni atque intentioni actoris, uerum etiam forensi disceptationi iudiciorum aut deliberationum opponi potest, et sic litis contestationem impedit. Quodsi uero reus eam exceptionem non statim liquidam nec manifestam opponat, eandem tamen non probet, ea re statim non condemnandus est, antequam actor intentionem suam fundauerit et probauerit (d).

§. XX.

Iudicium secundum instituta Romanorum proprie a litis contestatione incipere dicitur; at uero saepenumero ea quoque praeparationes iudicii et principium litis comprehenduntur. Vnde legum decreuit auctoritas, ut praescriptiones fori in principio litis a litigatoribus opponantur (e). Oblatio libelli et citatio (f) ad praeparatoria iudicii referuntur. Citatio igitur habet suos effectus, eaque iure Iustiniano praescriptionem interrumpit, malamque fidem inducere dicitur (g), quamuis haec regula exceptiones admittat; de-

E
inde

- (d) IOACH. CHRIST. COCHII *praxis fori geym.* Lipsf. 1685. 4. P. III. p. 343. 344.
de CRAMER Tom. II. Part. II. Obsf. 753. p. 428.
- (e) L. 4. ff. de *iurisd.* L. un. de *lit. contest.* arg. L. 30. ff. de *iudic.* L. 13. Cod. de *iud.* L. 2. Cod. *ubi in rem act.* Cap. ult. X. *ut lite contest.*
- HERM. VVLTEIUS de *iudiciis* Lib. II. Cap. 1. num. 5. pag. 14. Lib. II. Cap. 5. num. 1. seqq. p. 301. seqq. Lib. I. Cap. 1. num. 7. seq. p. 7. seq. et P. III. Cap. 1. num. 10. seqq. p. 54. seqq.
- LAVTERBACH de *nominacione* §. 18. p. 204. Vol. III. *Dissert. academ.*
- (f) Hodie uulgo a citatione iudicium incipere dicitur, VVLTEIUS l. m. l. II. Cap. 2. num. 7. seq. p. 157. Casellis 1654. 4.
- (g) L. 2. l. 3. Cod. de *annal. praescript.*
- LVD. GVNTH. MARTINI in *comm. for.* Tit. 4. §. 3. num. 2. p. 171. Dresd. 1676. 4.
- de CRAMER Vol. I. *Opusc.* 12. p. 580. seq. §. 52.

inde illa praeuentionem producit; praeterea illa iure pontificio lis pendens efficitur, nec non iurisdictionem iudicis perpetuam reddit (b): inde uenit, ut iudicium, ubi coeptum est, ibi finiendum sit (i). De actionibus ex delictis prouenientibus constat, eas in heredes aut successores ante litem contestatam non transire, quod tam ex parte actoris, quam rei uerum habetur (k). Praecipui uero effectus iudicii ex litis contestatione sunt depromendi, qui modo actorem attingunt eiusque conditionem meliorem reddunt, modo reum respiciunt, ut et ad actiones spectant. Nam litis contestatione actiones perpetuae fiunt, tempore, morte, alicui modo periturae. Ea igitur prorogatio actionis quod ad tempus et contemplatione hominis transmissio existit. Si uero actiones post litem contestatam omittuntur, ab ultima cognitione, qua omissa est lis, ad annos usque XL extenduntur (l).

§. XXI.

Vocabulum *instantia* iurisconsultis usitatum multiplices significationes habet. Iamiam uero non respicio ad grammatico-

(b) Cap. 19. Cap. 20. X. de offic. et potest. iudic. deleg. L. 1. Cod. annal. except. L. fin. Cod. de praescript. 30. uel 40. annor.

(i) L. 30. ff. de ind.

VVLTEIUS l. d. L. I. Cap. 4. num. 204. p. 89. seq.

(k) L. fin. Cod. de popul. act. L. 5. §. 5. comm. quae autem etc. ff. §. de his qui effud. uel deiec.

LAVTERBACH de transitione actionum §. 26. num. 4. seqq. p. 955. Vol. III. Dissertat. academ.

(l) L. ult. Cod. de praescript. 30. uel 40. annor.

VVLTEIUS l. d. Lib. III. Cap. 1. num. 136. seqq. p. 536. seqq.

de CRAMER Tom. II. P. II. Obf. 753. p. 432. seq.

BRVNEMANN in processu civili Cap. XIII. num. 21. p. 241.

ticorum interpretationem, quibus instantia diligens petitio, assidua flagitatio, repetitio, exactio esse solet; sed animum praecipue ad scholam iurisprudentum dirigo, quibus instantia est exercitium iudicii siue exercitatio litis (*m*), seu disceptatio causae controversae in iudicio a partibus facta eiusque decisio. Interdum instantia sumitur pro ipso foro seu iudicio (*n*), quamvis proprie iudicium atque instantia differant, non solum ut maius et minus seu genus et species, uerum etiam alio modo. Nam extra Saxoniam diuersae instantiae in uno iudicio existere possunt (*o*).

§. XXII.

Instantiae uarii generis sunt, diuersasque diuisiones admittunt. Constat enim de prima, secunda seu intermedia, superiore, suprema, mediata et immediata, citationis et litis instantia. Illa comprehendit disceptationem, quae a citatione usque ad litis contestationem durant; haec uero a litis contestatione siue ab actu contradictorio seu, uti GVIL. RODING (*p*) secundum usum fori cameralis dicit, a reproductione processuum usque ad sententiam definitiuam sese extendit (*q*). Circa

E 2

pri-

- (*m*) L. 8. §. 3. ff. de *fideiuss.*
VVLTEHVVS l. d. Lib. I. Cap. III. num. 65. p. 53.
KESTNER l. c. §. 6. p. 7. seq.
- (*n*) L. B. de CRAMER in *system. proc. imp. seu supremor. auguiskiff. tribun.*
nalium P. I. Wezlar. 1764. 4. Sect. I. Tit. 3. §. 39. p. 15.
- (*o*) de CRAMER l. d. §. 41. p. 15. seq.
- IO. ANDR. HOFMANNI *teutscher Reichs-Praxis* P. I. §. 93 p. 65.
- (*p*) In *pandectis iuris Cam.* Wezlar. 1750. 4. Lib. III. Tit. 28. §. 1. pag. 620.
- (*q*) IAC. BLVM. in *proc Cam.* p. 106. Tit. 25. §. 74. seqq. Colbn. 1703.
IO. WOLFG. TEXTOR in *decis. elect. Palat.* VI. num. 1. seq. p. 28.
et de *iudiciis* §. 3. num. 16 — 18. p. 12.
- FRID. GVIL. TAFINGERI *institutiones iurispr. cameralis* §. 772. seq.
p. 668. seq. §. 813. seq. p. 696. seq. Tubing. 1754. 8.

primam instantiam notandum uenit, beneficium primi fori, unde exceptio primae instantiae ortum habet, quae maximi momenti est, praecipue secundum instituta Germanorum et leges Imp. R. G. (r). Quod ad reconuentionem illa manet integra, si liti quoque intuitu conuentionis fuerit renunciatum, adeo, ut reconuentus, contra uoluntatem reconuenientis, reciprocam actionem declinare nequeat.

. XXIII.

Instantia citationis et litis duplex est (§. XXII.). Vtraque quidem in eo conuenit, ut in disceptatione partium, et obseruantia iudicii consistat (s); sed discrepat tamen instantia citationis ab instantia litis, dum illa disceptationem ante litis contestationem, haec uero causam controuerfam in iudicium inductam iudicis cognitioni subiectam respiciat. Ante litis contestationem uariae causae, contumacia actoris, exceptiones dilatoriae generatim, et declinatoriae fori, speciatim dictae, ansam disceptationi forensi nec non finem instantiae praebere possunt. Nam si actor ea non peragit, quae facere debet nec in primo termino iudicio adest, reus uero citationi morem gerens, actoris contumaciam accusans, petit, ut a citatione seu instantia absoluator, hocque iudicis sententia facto,

(*) de CRAMER l. c. P. I. §. 57. seq. p. 18. seq.

IO. FR. HOFFMANNI *introductio in praxin cam.* Wezl. 1702. 4. p. 55.

§. 56 p. 356. §. 105. p. 398. §. 168.

TAFINGER l. d. §. 465. seq. p. 413. seq. p. 498. seq.

(s) L. 12. pr. Cod. de iudiciis. L. 2. L. 3. Cod. ut intra cert. temp. crim. quaest. term. Cap. 14. X. de offic. et potest. iudic. deleg. Cap. 15. X. de iud. Cap. 12. X. de fide instrum.

IO. LEONH. LINCK. de iudiciar. instantia. Argent. 1646.

facto, absolutio quidem a citatione fieri potest (t), uerum instantia litis seu actionis pariter ea re non peremta est. Iure romano actioni ciuili eiusque disceptationi forenfi certus terminus triennii praefinitus fuit, in quo post litis contestationem caussa peragenda, lapsu uero triennii instantia peremta fuit (u). Exceptis singularibus caussis (vv) et fatalibus, in caussis criminalibus iure romano biennio instantia iudicii tollitur, et quaeftio criminalis terminatur, reusque ab instantia et obseruatione a iudicio absoluitur (x). Appellationis instantia uno anno, biennio uero, si iusta et probabilis caussa illud exigeret (y), finienda est; quod tamen hodie non stricte, sed

E 3 raro,

(t) RODING I. d. Lib. III. Tit. 28. §. 3. p. 621. discernit quidem absolutionem a citatione et ab instantia; prius ait fieri solere, si ob non productum libellum uel documentum ulterius requisitorum actorum, siquidem a iudice certus terminus eatenus constitutus fuisset, aliisque de caussis absolutio a citatione petita esset: hoc uero tum concedi solet, si actor contumax sit, et omnino in iudicio non compareat; at uero ille inficias ire nequit, quod hoc casu generaliter loquendo, reus absolutionem a citatione seu ab instantia petere solet.

add. TAFINGER I. d. §. 814. seq. p. 696. seq.

GE. MELCH. de LVDOLF de iure cam. Wezlariae 1741. 4. Sect. II. §. 1. p. 171.

(u) L. 15. §. 1. Cod. de indic.

KESTNER I. d. §. 7. — 9. p. 8. seq. §. 20. seq. p. 19. seq.

(vv) KESTNER I. d. §. 13. seq. L. fin. Cod. de praescript. 30. uel 40. annor. L. 1. L. 3. Cod. de anal. praescript.

(x) L. 2. L. 3. Cod. ut intra cert. temp. crim. quaeft. term.

GAILL. de pace publ. L. 1. Cap. VIII. num. 14. seq.

ANTON. PEREZ in praelect. ad Cod. Iustini. Lib. III. Tit. 1. num. 17. seq.

KESTNER I. d. §. 18. seq.

(y) Auth. si qui appell. Cod. de temp. appell. L. ult. §. 4. Cod. eod.

GAILL. lib. I. Obf. 141. num. 7.

raro, aut minime in iudiciis superioribus et tribunalibus Imperii supremis obseruatur (z).

§. XXIII.

Instantius iure ciuili certi termini praestituti sunt (§XXIII.) iure uero pontificio instantiam iudicii siue litis quidam perpetuam habendam esse uolunt (a). Ergo non usum legis fin. Cod. de praescriptione 30. uel 40. annorum rationem etiam suam ex iure pontificio in materia disceptationum forensium praecipue in supremis Imperii tribunalibus continere multi euincunt (b). Etsi quoque sint, asserentes, moribus ius canonicum contra ius ciuile in hoc puncto receptum esse; tamen hoc de iudiciis ordinum Imp. omnibus et secundum usum fori generatim dici nequit, praecipue cum iure pontificio illud manifeste non constitutum, sed ea opinio ex inter-

(z) ANDR. GAILL. Lib. I. Obs. 128. num. 3. Obs. 141. num. 1. seqq.
MYSINGER a FRVNDECK Cent. II. Obs. 48.
RODING l. d. p. 632. §. 2.

BLVMIVS l. m. Tit. 25. §. 78. seq. p. 106. seq.
de CRAMER Tom. II. P. I. Obs. 445. p. 14.

(a) Cap. 20. X. de iudic.

REIFFENSTVEL. l. d. L. II. Tit. 1. num. 31. 32. p. 5. seq.

BOEHMER in iure eccles. protestant. L. II. Tit. 1. §. 14.

SAM. STRYCK. in usu modern. ff. Lib. V. Tit. 1. §. 15. Iure pontificio appellatio intra annum non iustificata seu profecuta excipitur. Cap. 45. X. de appellat.

KESTNER l. d. §. 11. p. 12.

(b) GAILL. l. d.

MYSINGER a FRVNDECK Cent. II. Obs. 48. Cent. III. Obs. 44. num. 9.

RODING. l. d. BLVMIVS l. m.

MICH. GRASS. in collat. iur. rom. cum recess. Imp. p. 554.

pretatione erronea orta fit (c). Quam ob rem in iudiciis ordinum Imperii praescriptioni instantiae litis e regula locus datur (d), eaque incipit ab ultimo cognitionis momento (e), nec praescriptio instantiae in possessorio impetit petitorium. Quod autem praxin Camerae imperialis attinet, in dubium non uoco, instantiam iudicii in ea perpetuam haberi, nec eam praescriptioni esse obnoxiam (f).

CAPVT IIII.
DE PROCESSV AVGVSTI IVDICII CAMERALIS
PRAESCRIPTIONI NVNQVAM OBNOXIO.

§. XXV.

Verbum processus iurisconsultis hodie usitatum, quod in uernacula lingua per formulam dicendi: Gang und Lauf des
Ges

- (c) ESTOR von der römischen Usucapion p. 104. §. 1. ibique memorati auctores: DECKHERR. LINCK. l. c. §. 3. num. 13. aliique.
- (d) IO. FRID. BOECKELMANNI tr. de differentiis iuris civil. canon. et hodiern. Trai. ad Rhenum 1697. 8. Cap. LXIII. §. 6. p. 123.
- IO. BALTH. L. B. de WERNHER Vol. III. P. I. Obs. 135. p. 96. lenae 1749. Fol.
- (e) L. ult. Cod. de praescript. 30. uel 40. annor.
BOEHMER Tom. III. Conf. 651. num. 3. p. 516.
NIC. CHPH. L. B. de LYNCKER in respons. XVI. num. 14.
REIFFENSTVEL I d. Lib. II. Tit. 1. §. 1. num. 13. 27. seqq. §. 8.
num. 186. Tit. 27. num. 40.
- (f) CASP. KLOCK in Vol. II. Conf. 41. num. 32. seq. p. 22. seq.
COCH l. d. p. 321. sub rubro: instantiae peremptiae.
IO. CHPH. DONAVER in Conf. 117. num. 6. p. 705.
IO. BRVNNEMANNI Commentar in Cod. Iustin. Lib. III. Tit. 1. ad legem 13. Cod. de iudic. num. 11. seqq. p. 231. seq. Lips. 1699. Fol.

Gerichts exprimitur (g), complectitur modum et legitimum ordinem de re controuersa inter litigantes apud iudicem competentem disceptandi eamque decicendi. Processus cameraris igitur comprehendit legitimum ordinem litis coram augustae Camerae tribunali secundum praescripta legum et iura Imp. proponendae, cognoscendae et definiendae (b).

§. XXVI.

Modus procedendi in Camera imperiali pro diuersitate causarum et iudiciorum omnes quidem diuisiones processus ciuilis communis admittit: existunt tamen etiam species, quae iuri communi ignotae sunt. Processus igitur cameraris uarias recipit distributiones, et quidem est tum extraudicialis (i), et iudi-

(g) HALTAUS in *gloss. medii aevi* Column. 1502. 1525.

(b) TEXTOR in *praxi iud.* P. I. Cap. 3. num. 59. p. 17. describit processum per litteras, quas iudex in expediendis litium negotiis emittit, quales sunt citationum, mandatorum et similes, unde extractus processum in camera imperiali ab eodem definiuntur, per legitimam impetrationem caesarearum litterarum, quibus mediis reus parere, aut comparere tenetur in *disp.* 4. §. 7. seq. p. 95. *ad recess. Imp. nouiss.*

add. RODING l. d. L. III. Tit. 1. §. 3.

de CRAMER in *system. proc. Imp.* P. I. Sect. II. §. 375. p. 100.

(i) de SENCKENBERG in *collat. aug. iudicii Cam. et Francofurt. horumque processum tam iudic. tam extraud. cum causis hoc vel illo pertractandis.* Giess. 1740. Cap. III. §. 1. p. 24.

RODING l. m. L. III. Tit. 2. §. 8. seqq.

de CRAMER in *system. proc. Imp.* Sect. VI. Tit. 3. §. 1943. seqq. p. 550. seqq.

LVD. AVG. WURFFELI *Kurze Anleitung zu des Kaiserlichen und des H. R. Reichs Höchstpreisslichen Cammer Gerichts extraudicial Process.* 1751. 4.

iudicialis, communis et specialis, primae et secundae ulterio-
rumue instantiarum, cum ordinarius atque extraordinarius,
solemnis ac summarius, praeparatorius, principalis et accesso-
rius, communicatiuus, informatiuus et quae sunt reliqua.
Iudicium in qualibet caussa a reproductione incipit, et per
sententiam definitiuam ad exitum perducitur. Vnde ea,
quae in ipso augusto iudicio atque audientia post eam pro-
ducuntur et proponuntur, iudicialiter fieri dicuntur, quo fa-
cto processus extraiudicialis finitur. Actoris igitur est, in
primo termino iudicio adesse et processus iudicialis initium fa-
cere. Quod si uero ille ea negligat, quae suarum partium
sunt, et in prima per ipsam citationem praesstituto termino iu-
dicium deserat, deinde post eam sex audientias praterlabi pa-
tiatur: reus, in iudicio se sistens, petere potest, ut ab instan-
tia absoluat, quod etiam fieri solet, et quidem modo com-
pensatis, modo refusus expensis aut salua actione coram com-
petente, itemque termino denegato, petitione denegata, tri-
plicis reiectis etc. (k). Si autem neque actor nec reus intra
illud tempus ad uadimonium ueniunt, terminus circumdu-
ctus et processus cadere dicuntur (l). Actore uero et reo

F

com-

(k) *Ordinat. Cam.* 1555, P. III, Tit. 52, §. 1.


L. B. de CRAMER l. m. P. I. Sect. II, §. 397, p. 107. P. III. Sect. VI,
§. 2006, seqq. p. 565, seqq. et Obl. 325, et Obl. 761, seq. Vol.
II, P. II.

CHRIST. BARTH. in Vol. V. der Urtheil und Bescheide des Kaiser-
lichen Reichs Cammer Gerichts in indice sub rubro: absolutio a
citatione.

WOLFG. ADAM SCHOEPF de *processu unilaterali cum primis con-
tumaciali*. Tubingae, 1748. 8. Cap. I. §. 21. p. 82—86.

(l) *Ordin. Cam.* P. III, Tit. 12, §. ult.

de LVDOLF in *comm. syst. de iure cam.* Sect. II, §. 4. num. 15.
p. 196.



comparentibus et peracta ab actore reproductione reus in causa citationis litem necessario contestatur, nisi ea ex officio pro contestata acceptari debeat. Deinde probatio, si ea opus est, requiritur, eaque confecta, conclusio in causa sequitur atque exigitur, quam sententia definitiva suscipit, quae primae instantiae finem adfert (H), et si sententia illa condemnatoria in rem iudicatam transit, executio, rogante actore, fieri debet.

§. XXVII.

Sunt autem causae uariae, de quibus in iudicio camerali non solum in prima; sed etiam in secunda et ulteriori instantia disceptatur; existunt pariter causae, quae ad augustum imperii tribunal cum in prima, tum in secunda instantia deferri nequeunt, uti sunt v. g. criminales, si de meritis earum sermo est, spirituales, ecclesiasticae, matrimoniales etc. (m) nec minus a iurisdictione camerae imperialis quodammodo quoad primam instantiam eximuntur illi, qui Imperio R. G. sine medio parent, et quidem, quando beneficium austraezarum tamquam privilegium et ius primi fori in illos collatum est, hique illo, tempore praescripto, uti volunt. Alias iurisdictione stabilitur speciatim, et quidem aut in prima instantia, per uiam simplicis querelae et mandati, aut in superiori foro, per medium prouocationis. Quando autem iurisdictione Camerae augustae fundari debet, respicitur, modo ad personas, modo ad causas, partim ad res et bona, partim ad certos actus. Personae uero non solum phy-

(H) IO. DECKHERR in *iudiciis pro ueritate ad Blum*, p. 175. seq. §. 77. de CRAMER in *System. proc. imp.* Sect. VI. Tit. 2.

(m) de LVDOLF de *iure cam.* p. 16. seq. Wezlariae 1741. 4-TAFINGER 1. d. Sect. III. Tit. II. §. 434—454. p. 376. seqq.

physicae, uerum etiam morales esse possunt u. c. ciuitates, uniuersitates imperii aliaque collegia immediata, nisi exemptio probari possit. Possellōres bonorum et iurium ab Imppratore Imperioque sine medio concessorum, tum contemplatione remediorum possessoriorum tum actionum realium in petitorio forum suum coram tribunalibus Imp. supremis fortiuntur (n). Quatenus uero causāe feudales ad augmentum Camerae tribunal spectent aut non pertineant, loquuntur leges Imp. (o) et Doctores.

§. XXVIII.

Instantiae in Camera imperiali uariae deprehenduntur (§. XXVII.). Quemadmodum autem plures instantiae in eodem iudicio esse possunt (§. XXII.): ita eodem modo in Camera imperiali instantiae diuersae circa eandem causam controuersam existere queunt, unumque manet litigium, quamuis in decem instantiis de eo disceptetur. Instantiam uero iudicii siue litis in Camera imperiali praescriptioni non subiectam esse, ob multas rationes a plurimis Doctoribus usus fori cameralis callidissimis asseritur. (p) Plerique huius sententiae argumentum a multitudine causarum grauissimarum deducunt et quia non ab arbitrio litigantium pendet, quo lites decidantur (q), sibi que auxilium iuris pontificii

F 2

cii

- (n) NIC. CHPH L. B. de LYNCKER de *causs. ind. cam. fundant. lenae* 1693. et Halae 1735. Cap. II. §. 6.
 IO. VLR. L. B. de CRAMER in *System. proc. Imp.* P. I. Sect. I. Tit. 3. §. 69. seqq. p. 20. seqq. Tit. 4. §. 96. seqq. p. 27. seqq.
 (o) *Ord. Cam.* 1555. Part. II. Tit. 7.
 de CRAMER in *System. proc. Imp.* P. I. Sect. VII. Tit. 11. p. 650. seqq.
 (p) L. B. de CRAMER T. II. Obs. 445. p. 12. seqq. ubi et praesudicia notabilia sunt allegata.
 (q) GALL. L. I. *Obs.* 141. num. 7. et de *pace publ.* L. I. Cap. VIII. num. 15.
 IOACH. MYNSINGER a FRVNDECK in *Cent.* II. Obs. 48. *Cent.* III. Obs. 44. num. 9.
 ANDR. GYLMANN in *Symph.* Tom. III. P. I. *Vot.* 51. num. 5. 6.
 P. 348.

CASP.

cii (r) adiungunt. At vero ex institutis Romanorum cognitum est, actionem per litis contestationem perpetuam fieri (s) et pendente lite praescriptioni non esse locum: ergo actio triennio illo extincta non fuit (t), sed instantia litis non finitae et regula in heredem, hoc existente, transfertur. (u) His accedit, quod iure Iustiniano citatione et libelli oblatione, nec non litis contestatione praescriptio interrumpatur et si hisce additur, quod mala fides ea inducatur, praecipue cum ad decreta atque instituta pontificum romanorum respicitur, quorum auctoritas, inprimis in materia praescriptionis, in Camera imperiali, multisque aliis Germaniae iudiciis, prae iure romano defenditur, praescriptioni instantiae litis locus esse nequit, ubi bona fides exulat, sed praescriptio vitiosa habetur.

§. XXVIII.

Quodsi vero instantiae praescribi nequit, facile est conceptu, executioni sententiae condemnatoriae itidem exceptionem praescriptionis opponi non posse (x), prouti neque negligentia iudicis, neque alia legitima impedimenta iuribus et commodis actoris officere et obstare possunt (y); at vero tempus instantiae consensu partium seu pacto prorogari nequit (z).

§. XXX.

CASP. KLOCK in Vol. II. Conf. 41. num. 31. seqq. p. 22. seq.

BLVMIVS in *proc. Cam.* Tit. 25. §. 78. seq. p. 106.

COCH. I. d. p. 321. sub rubro: *instantiae peremptae*.

IO. CHRIST. DONAVER in Conf. 117. num. 16. p. 705.

IO. BRVNEM. in *Comm.* ad *Cod. Iustin.* ad L. 13. *Cod. de iud.* num. 12. seq. p. 231.

(r) Cap. 20 X. de *iudiciis*. Cap. 14. X. de *privil.*

BOEHMER in *iure eccles. protestant.* Vol. II. L. II. Tit. I. §. 14. p. 976 et 977.

(s) L. *ult.* *Cod. de praescript.* 30. uel 40. *annor.*

(t) KESTNER I. d. §. 21. p. 19. seq.

(u) MYNSINGER a FRVNDECK *Cent. I. Obs. 85. Cent. III. Obs. 45.*

(x) ESTOR von der *römischen Usucaption* P. I. p. 103. 106. §. 5. seq.

(y) DAV. MEVIVS Part. V. *Decis.* 313. Part. VIII. *Decis.* 459.

IO. ANDR. HOFMANNI *teutsche Reichs Praxis* P. I. §. 94. P. 67.

(z) GALL. *Lib. II. Obs.* 145. num. 7.

Instantiae litis secundum usum fori camerae praescribi requirit (§. XXVIII.); unde facile colligitur, sequentem casum secundum eadem argumenta et principia iuris esse cognoscendam et diiudicandam.

Inclya uidelicet ciuitas imperialis N. contra Serenissimum Principem B. in Camera imperiali Ao: 1591. quae tum temporis Spiraee florebat, citationem super iurisdictione criminali die *Fraißliche Obrigkeit* dicta, extraxit.

Litigantes in scriptis articulatis, ut tum styli et obseruantiae fuit, usque ad annum 1597. egerunt. In sententia autem die 21. mensis Febr. eiusd. anni publicata, utrique parti ex officio iniunctum fuit:

ut ad certos in sententia expressos articulos responsiones sub termino 4. mensium producerent.

Et procurator actoris et rei hinc inde responsiones et defensiones produxerunt, quibus non animaduersis per sententiam d. 14. mensis Martii 1611. latam utrisque terminus ad probandum ad 8. menses praefixus fuit.

Serenissimi Principis rei B. procurator sibi expetiit commissionem ad ocularem inspectionem instituendam et ad documenta transumenda, cum denominatione commissariorum. Actricis ciuitatis syndicus contradixit, aliosque commissarios denominauit. Haecce disputatio per sex annos perdurauit et tandem per sententiam d. 3. mensis Febr. 1617. publicatam

commissarii, tam ab actore, quam a reo donominati, cum clausula: *Samt und sonders*, constituti sunt.

Cum itaque utraque partes litigantes termini prorogationes ad producendas attestations testium et documenta rogarent et impetrauerint; actricis ciuitatis syndicus die 10. mensis Decembr. 1618. necessaria in 2. Tomis tandem produxit; procurator autem rei trinas nactus prorogationes, non autem obseruans necessaria, in ultimo termino per sententiam



tiam die 10. mensis Maii 1720. plane praeclusus, et quarta petita prorogatio pure denegata fuit. Hac denegatoria hincce praeclusoria spreta, procurator Serenissimi Rei rotulos examinis testium ut et documentorum tranfuntorum in 3. Tomis d. 7. mensis Decembr. 1620. ad acta dedit. Tunc a 10ma Ian 1621. usque ad 4tam Martii 1661. praeter inclytae Actricis syndici legitimationem nil est actum. Serenissimi Rei procurator similem tergiuersatus est legitimationem et processus in hocce statu usque ad annum 1748. sicque per 100. fere annos totus adqueiuit.

In hocce autem anno die 28. mensis August. syndicus inclytae ciuitatis Actricis litem reassumfit et procuratoris Rei legitimationem per copiam signatam aut ex officio per recessum oralem urfit.

Die 3. mensis Octobr. 1748. 14. Febr. 1749. et die 25. mensis Ian. 1758. sententiae legitimatoriae contra reum successiue emanarunt.

Sed hisce legitimatoriis minime curatis copia signata non producta fuit, sed per recessum oralem die 8. Iulii 1762. exceptio praescriptionis praeter omnem opinionem opposita, quae tamen per sententiam d. 23. mensis Martii 1770. reiecta et legitimatio iterata uice iniuncta est, ut et puncto publicationis rotulorum testium tempus unius mensis sub praecuidicio praestitutum fuit. Termino hocce sexies elapso, publicatio et communicatio rotulorum Ao. 1618. die 10. Decemb. et 1620. 7. Decemb. productorum ad petitum et respectiue ex officio est decreta, et utrique parti litiganti ad agendum agenda terminus 6. mensium praestitutus simulque procuratori Serenissimi Rei legitimatio sub comminatione per sententiam d. 5ta mensis Octobr. 1770. publicatam demandata fuit.

Serenissimi Rei procuratoris legitimatio tandem die 16ta mensis Ian. 1771. secuta simulque implorationem pro restitutione in integrum contra sententias die 23. Martii et 5ta Octobr. 1770. publicatas, produxit.

Praetensa praedicantur noua:

1. prae.

- 1.) praescriptio,
- 2.) desertio, nec non
- 3.) iustae suspiciones puncto integritatis actorum et authenticitatis ipsorum rotulorum.
- 4.) possessorum in fauorem serenissimi implorantis quidem decisum sed nondum exhaustum et spolium nondum esse restitutum ac denique
- 5.) sententiam die 23tia Martii 1770. latam et publicatam ad notitiam procuratoris implorantis non peruenisse.

Partis imploratae syndicus exceptionum loco per recessum scriptum loco oralis hancce praetensam refutauit implorationem opponendo:

- 1.) Sententiam die 23. Martii 1770. publicatam per §. 125. R. I. N. in rem iudicatam iamiam prolapsam,
- 2.) Sententiam de ista die mensis Octobr. 1770. esse plane inhaesiuam.
- 3.) Deficere causas restitutionis, quum defectus causarum restitutionis contra sententias praetensae implorationis uitium aperte prodat.
- 4.) Objectam sententiae ignorantiam esse plane affectatam et propriae turpitudinis indicium et quae sunt reliqua.

Quodsi uero perspectum cognitumque est, usu fori cameralis praescriptionem instantiae litis reiici atque instantiam iudicii numquam ibidem perire (a); tunc quoque uerissime asseuerare ualeo, hoc loco exceptionem praescriptionis iure opponi non posse, sed eam inanem et uanam esse habendam. Nam exceptio obiecta, quae usui fori aduersatur eoque sublata est, non attenditur, cum obseruantia ius inducat et uim legis habeat. (b)

§. XXXI.

Existit autem hoc loco quaestio: num a litigantibus ab instantia recedi eique renunciari queat? Hac in causa nulla dubi-

(a) IO. ZANGER de except. Cap. I. P. I. num. 69. seq.

(b) GE. HENR. LINCKII *Consil. Altorf.* LXXXIII, num. 17. et *Consil.* CXXXXIII. num. 26.

dubitatio esse potest. Est autem discrimen inter instantiam finitam, renunciata[m] atque extinctam. Tolli potest ea per renunciationem, quin etiam certo modo morte tam actoris et rei, quam utriusque litigantis, salvo iure heredum, quod ad rem principalem (c). Verum enim uero desertio, quae ad remedia iuris interposita respicit, in dubio non praesumitur (d), sed probanda est, et si de culpa partis itemque appellantis liquido non constet, contra desertionem pronuntiandum erit (e); restitutio quoque in integrum contra desertoriam sententiam ob culpam procuratoris aut syndici facile indulgetur (f). Vbi uero nulla desertio deprehenditur, ibi per modum exceptionis ea opponi nequit, nec eiusmodi exceptio a iudice attendenda est.

§. XXXII.

Coronidis loco nostram thesin praedictis quibusdam cameralibus illustrare taliaque uerbotenus adicere erat quidem in animo, sed otium nobis dedit perill. L. B. de Cramer (g) et instituti nostri ratio solum abrumpere iubet, siquidem ulteriorem et uberio[m] huius materiae haud uulgaris illustrationem et deductionem in aliam forte commodiorem occasione[m] referuamus. Interim uero B. L. hunc laborem aequi bonique consulat et si quaedam minus recte proposita forsam uidebuntur, a nobis nihil humani alienum esse sibi persuadeat.

- (c) BARTH. l. d. Vol. II. p. 107. p. 987. 1027. a Vol. III. p. 661. i. p. 873. Instantia fractae pacis morte accusatoris siue actoris perit salua actione quod ad Mdtum de restituendo etc. ibid. Vol. V. p. 53. g. p. 171. d. itemque ea ad bannum morte actoris perit ibid. Vol. III. p. 906. i. der Cammer Gerichts Urtheil und Bescheide. add. CHR. SCHWANMANNI proc. cam. L. I. Can. 14. num. 14. 16. p. 88. seq.
- (d) RODING l. c. Lib. I. Tit. 32. §. 33. seqq. p. 399. de LVDOLF de iure cam. p. 227. Sect. II. §. 6. num. 61. de CRAMER Tom. II. P. II. Obs. 611. p. 84.
- (e) de LVDOLF. de iure cam. p. 138. Sect. I. §. 13. num. 23.
- (f) de LVDOLF l. d. p. 225. et 327. Sect. II. §. 6. num. 56. et num. 61.
- (g) T. II. P. I. Obs. 495. p. 12. seqq.



ULB Halle
002 408 120

3







1773, 2

19

SPECIMEN INAUGURALE IURIDICVM
CONTINENS
OBSERVATIONES NONNULLAS
DE
PRAESCRPTIONE
ET PRAESERTIM
DE DISCEPTATIONE FORENSI
IN CAMERA S. R. I. SEMEL COEPTA
PRAESCRPTIONI NON OBNOXIA

QVOD
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
IN ACADEMIA ALTORFINA
PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS
D. XV APRIL. A. R. S. MDCCCLXXXIII
EXHIBVIT
EBERHARDVS IODOCVS KOENIG
DE KOENIGSTHAL
REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS CONSILIARIVS.

ALTORFII
TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELI ACADEM. TYPOGR.

